18

IN PRIMO PIANO

- **costrutti** causali e temporali all'indicativo ▶ *scheda* 14

## Vicende della guerra di Troia

*Durante la guerra di Troia si affrontarono molti eroi, ma lo scontro decisivo fu quello fra Achille ed Ettore.*

Omnes Graecorum principes bellum Troianis indixerunt, quod Paris Helenam, Menelai uxorem, rapuerat. Multi clari viri diu et acriter pugnaverunt et longa obsidio urbis fuit. Dux Troianorum Hector erat, Paridis frater; Graecorum fortissimus Achilles. Cum Achilles asperam contentionem cum Agamemnone habuit, castra deseruit et Troiani victores erant. Sed, postquam hostes amicum Patroclum interfecerunt, heros proelium renovavit, eius mortem vindicavit et Hectorem necavit.

**ANALIZZARE E TRASFORMARE**

**1**. Individua nel testo la proposizione causale e sottolinea la congiunzione che la introduce.
**2**. Individua nel testo le proposizioni temporali e analizzane i verbi.
**3.** Analizza la forma verbale *rapuerat* e trasformala poi nelle corrispondenti forme di indicativo presente, imperfetto e futuro.
**4**. Che complemento è *Graecorum* nella locuzione *Graecorum fortissimus*?

19

IN PRIMO PIANO

- **costrutti** causali e temporali all'indicativo ▶ *scheda* 14

## Ulisse

*Ulisse finge di essere pazzo per non partecipare alla guerra di Troia, ma viene scoperto.*

Cum Agamemnon et Menelaus, Atrei filii, ad Troiae oppugnationem coniuratos [*alleati, acc. m. pl.*] duces duxerunt, in insulam Ithacam ad Ulixem, Laertae filium venerunt. Ulixes recusabat iter Troiam, quia ibi propter oraculum socios amittere debebat et solus revertĕre in patriam. Itaque, ut oratores ad Ulixem venerunt, ille insaniam simulavit, pileum sumpsit et equum cum bove iunxit ad aratrum. Ulixem ut Palamedes vidit, sensit simulationem atque Telemachum, filium Ulixis, de cunis sustulit et aratro subiecit his [*queste, abl. n. pl.*] verbis: «Simulationem depone, inter duces Graecos veni». Tunc Ulixes confirmavit adventum et ex eo tempore Palamedi infestus fuit.

**ANALIZZARE**

**1.** Individua la proposizione causale e analizzane il verbo.
**2.** Sottolinea le proposizioni temporali e analizzane i verbi.
**3.** Che complemento è *de cunis*?

20

IN PRIMO PIANO

- **aggettivi** numerali ▶ *scheda* 15

## Cesare disloca le legioni in Gallia

*adattata da Cesare*

*Cesare distribuisce nelle varie città della Gallia le legioni per sopperire alla mancanza di rifornimenti alimentari.*

Quod eo anno frumentum in Gallia propter siccitates angustius provenerat, Caesar exercitum in hibernis collocavit legionesque in plures civitates distribuit. E quibus unam C. Fabio legato, dedit, alteram Q. Ciceroni, tertiam L. Roscio; quarta hiemavit in Remis cum T. Labieno; tres in Belgis collocavit. Unam legionem, quam proxime trans Padum conscripserat, et cohortes quinque in Eburones, quorum pars maxima est inter Mosam ac Rhenum, misit. Militibus Q. Titurium Sabinum et L. Aurunculeium Cottam legatos praeposuit. Itaque facillime inopiae frumentariae sese providēre existimavit. Atque tamen omnium legionum hiberna, praeter eam quam L. Roscio dederat, milibus passuum centum continebantur. Ipse [*egli stesso, nom. m. sing.*] interea in Gallia constitit.

**ANALIZZARE**

**1.** Individua gli aggettivi numerali e indicane il tipo (cardinali, ordinali, distributivi).
**2.** Che complemento è *E quibus*? Che valore ha il relativo?
**3.** Sottolinea e analizza i complementi di luogo.
**4.** Analizza il periodo *Quod eo anno... distribuit.*


© Pearson Italia S.p.a.